

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[51\] : De Faunis](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [51] : De Faunis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[51\] : De Faunis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

[Mythologia, Venise, 1567 - V, 09 : De Faunis](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[51\] : Des Faunes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[51\] : Des Faunes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination296v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Faunes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia I

Esse posse crediderit sine Deorum nutu ortū & interitū . Nam cū hæc prior homines docuisset , quasi res consiliaque diuina ad nos detulisset , Deorum nuntius creditus est . Quæ pertinent ad vim orationis exprimendam huic Deo dicatæ prætermitto , cum natura ipsius planetæ , suo loco legendam .

De Panæ .

CUM vellent rursus demonstrare antiqui omnia naturalia corpora diuinæ naturæ subijci , & ab illa pro sua voluntate gubernari , Panæ Mercurii filium tradiderunt esse . Est autem Pan hæc vniuersa corporum naturalium moles , velut ipsum nomen significat : in qua diuina humanis coniunguntur , quod exprimebant per superiorem formam Panos quæ pulcherrima erat , & Diis simillima ; cum inferior magnopere esset deformis ob inferiorum corporum naturalium sordes , quæ sunt tanquā hypostasis naturæ . Reliqua quæ pertinent ad explicandam corporis formam , suo loco legenda relinquimus , vbi latè declarata sunt .

De Sileniæ .

ENIMVERO non solum rebus humanis præesse Deos statuerunt fabularum inuentores , & sub hisce occultandæ philosophiæ artifices ; sed etiā alios ex Diis potentia & autoritate aliis præstare crediderunt , ita vt vnus Iupiter rebus omnibus ac dæmonibus præset , alii dæmones imperia in certa vel loca vel negotia obtinerent , qui & ipsi alios inferiores dæmonas haberent ministros . Sic igitur Sileni Bacchum , vt ministri , sequebantur ; qui cum Bacchus esset sol creditus , Sileni vires solis erant animalibus peritiles .

Ethicè .

Ebrietatis turpitudinem præterea ante oculos proponentes , Silenum vim vini & ebrii hominis formam , expresserunt . Illum igitur ventricosum , & senem , & vsque titubantem sinxerunt , quod hæc omnia vinū & ebrietas efficiat . Nam qui plus voluptatibus , quàm natura postulet , tribuerit , is & in præsentī & in posterum corpus & animū omnibus rebus vel vtilibus vel honorificis inutilem reddit : quare propositis his incommodis maiores per hæc figmenta ab immoderato vini vsu , & ab omni è vino nascente turpitudine deterrebant .

De Faunis .

VT vero retinerentur homines in officio , omnesque forent probitatis & integritatis studiosi , & Faunos , & Sylvanum , & Oreades Nymphas antiqui sapientes excogitarunt , qui vbiq; pastoribus & agricolis præsto essent , agrorumque calamitates aliquantulum subleuant : nam cum nihil in agris , vel in syluis , vel in densis montium neque oribus non præsentē vbiq; Deo committi liceret , mox additum fuit illi opinioni viros bonos laborantes nullo loco à diuina clementia negligi , sed vbiq; subleuari . Quippe cum neque arborum neque pecudum foetus possent sine diuina custodia conseruari aut augeri .